

W. 4 420/100

Incipiunt themata dominicalia totius anni. **I**n prima dominica aduentus usque ad .xxv. dominica post trinitatem inclusive. **D**ominica prima.

Vicium opera tenebrarum et induamur arma lucis 2o. xiii. In aduentu magnum regem et principis expiantur sordes et pantur vestes Et ideo apost. in hys verbis per hunc modum propter summi regis aduentum ad faciendum duo specialiter nos inuitat Primo ad viciorum sordes expurgandas cum dicit abiciam opera tenebrarum ad virtutum vestes preparandas cum addit Et induamur arma lucis primo ergo debemus expurgare sordes viciorum et hoc propter tria que sunt in peccato. quere in materia de peccato in omni. Secundo debemus vestes virtutum preparare et specialiter vestem caritatis sicut videmus quod vestis nobilior portatur in feste principis de hac veste quere in materia de caritate. **D**ominica .ii.

Deus autem spei repleat vos omni gaudio 2o. xv. Quomodo a viris spiritualibus sunt debiles curandi et tristes consolandi Idcirco apost. in verbis propositis duo facit primo enim promittit fidelibus sustentationem cum dicit deus autem spei Secundo tristibus consolationem cum addit repleat vos omni gaudio per. Spera in domino Sequitur et pascere in diuicijs eius primo dico quod spiritualis sustentatio est in virtute spei que in materia de spe. Secundo spiritualis consolatio est in gaudio virtutum unde virtus operatur paradiso require in materia de virtute in communem. **D**ominica .iii.

Nolite autem tempus iudicare quousque veniat dominus prima cor. iiii. Dicit lex iaptois quod ad veniendum prelide cessat minor pars ideo apost. in hys verbis aduentum etiam iudicis considerans duo facit nam primo promittit detractores inuidiam d. no. a. t. i. secundo per dicit saluatoris iusticiam futuram cum dicit quo ad usque veniat dominus primo ergo reprimitur inuidia propter tria. quere in materia de inuidia. Secundo predicatur etermi iudicis sententia require in materia de iudicio futuro. **D**ominica .iiii.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus dominus enim prope est phil. iiii. Rege presente consueuerunt domini. et milites multum alacre et honeste icedere ideo apost. prudens regis etermi presenciam propter dissolutionem honesta in verbis propositis nos hortatur et sed hoc in verbis propositis duo facit. primo enim hortatur nos ad conuersationem formam cum dicit modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Secundo ostendit conuersationem causam cum addit

GROßHERZOGLICHE
HESSISCHE
HOFBIBLIOTHEK